

MEN DA SIC EMEN DA.

Fol.	col.	lin.	
8.	1.	12.	etymologor. pro etymolog.
Ib.	2.	30.	Annoiat. pro Annot.
23.	2.	8.	indignum, pro indigum.
24.	2.	38.	Exod. I. I. pro Exod. I. II.
34.	1.	41.	congressus, pro congressus.
38.	2.	15.	referunt, pro refert.
Ib.	Ib.	42.	potuisti, pro potuisti.
42.	1.	50.	unquam, pro unquam.
43.	1.	15.	spiritus, pro spiritus.
Ib.	2.	38.	aqua, pro aquas.
57.	1.	27.	7. pro 8.
Ib.	2.	51.	dici, pro dici.
65.	1.	57.	deducere, pro deducere.
72.	2.	48.	illud, pro illud.
74.	2.	56.	affixit, pro affixit.
80.	2.	33.	in eo, pro in os.
81.	1.	4.	laceam, pro lanceam.
Ib.	2.	54.	ingne, pro igne.
89.	1.	23.	exid. pro excid.
90.	2.	32.	cor, pro cor.
91.	2.	16.	Aristoles, pro Aristoteles.
94.	1.	40.	Octavios, pro Octavius.
100.	1.	8.	unum, pro uvam.
106.	2.	21.	Magice, pro Magicæ.
176.	1.	32.	quæ, pro quo.

Tomus primus *Ephemeridis* R. R. P. Mag. Fr. Emmanuelis à Villarroel Ordinis Sancti Benedicti, concordat cum exemplari pro originali exhibito si salventur menda hujus fidei. Sic restificor Matri die triginta Novembris anno Domini millesimo septingentesimo quinquagesimo nono.

Doct. D. Emmanuel Gonzalez Ollero,
A. C. M. generalis Corrector.

DON Joseph Antonio de Yarza, Secretario del Rey nuestro Señor, su Escribano de Camara mas anutigo, y de Gobierno del Consejo: Certifico, que havien dose visto por los Señores de el el tomo primero del Libro intitulado *Ephemerides*, su Autor el Maestro Fr. Mantuel de Villarroel, del Orden de San Benito, que con licencia de dichos Señores, concedida à el Abad, y Monges del Monasterio de Lorenzana de la misma Religion, ha sido reimpresso, tassaron à seis maravedis cada pliego; y dicho tomo parece tiene ciento y cinquenta y dos, sin principios, ni tablas, que à este respecto importa novecientos y doce maravedis; y al dicho precio, y no mas, mandaron se venda, y que esta Certificacion se ponga à el principio de cada tomo, para que se sepa el à que se ha de vender. Y para que conste lo firmè en Madrid à veinte y dos de Diciembre de mil setecientos y cinquenta y nueve.

D. Joseph Antonio de Yarza.

IN

IN EPHEMERIDES
SACRO-PROFANAS

AB ORBE CONDITO USQUE AD SPIRITUS-SANCTI ADVENTUM,
QUEIS CELEBRIORA ANTIQUITATIS MONIMENTA PRODUNTUR,
CUM FASTIS RELIGIOSIS SACRIS, ETIAM ETHNICIS,
VARIARUM RITU GENTIUM,
POLYLATRIA NUMINUM,
DEDICATIONE TEMPLORUM, IMAGINUM, STATUARUM,
INSTITUTIONE LUDORUM,
IMPERATORUM ROMANORUM TRIUMPHIS,
GRÆCORUM TROPHÆIS,
ORTU ET OCCASU SIGNORUM,
ET ALIARUM CONSTELLATIONUM COELESTIUM,
PROLOGUS GALEATUS.

§. I.

IÆC postilla? Videnda vel irridenda? Flores post fructus? Quid? dicit lector. Instarunt qui valent, ne flores aliquomodo interditi perirent. Grandis utique (uti novum) proventus; quod simul, vel prius prodirent fructus, quam flores. Hæc juvenis cogitavi (cogitanda uti exercitia juvenis) disposui, solum mihi laboravi: verumtamen haud indultum, evanescere sub potestate dominativa temporis, sicut juvenis evanuit: etenim senui. At qui enixè opus in lucem impellunt, videre animitus volunt, si flores fructus parturiunt. Hæc enim (ut verbis utar Senecæ ad Helviam vel Alvinum) facta sunt disciplinarum omnium fundamenta. Nunc ad litteras illas revertere: tutam te præstabunt. Illa consolabuntur, illa delectabunt. Illa si bona fide animum intraverint; nunquam amplius intrabit dolor, nunquam sollicitudo, nunquam afflictionis irrita supervacua vexatio. Nulli horum patebit pectus, nam clusum est, si litteris non ad luxuriam, sed ad sapientiam utaris. Ita Stoicus, cap. 16. Ratio ex ipso redditur à Coel. Rhodigin. 21. cap. 29. Mobilis & inquit-

ta mens homini data est. Nunquam se tenet, spargitur, & cogitationes suas in nota omnia & ignota dimittit, vaga & quietis impatiens: quod non miraberis, si originem inspexeris. Ex caelesti namque descendit spiritu: caelestium autem natura semper in motu est. Videantur ergo genij & ingenij ebullientis tyrocinia, quæ etiam juvenis senibus non ingrata; quin eorum fastidium suspicer, qui exotica omnia soliti suspendere nato.

Ne qui delectat presentia livor, iniquo
Ullum de nostris dente memordis opus.
Tu mihi, quod rarum est, vivo sublime dedisti
Nomen, ab exequijs quod dare fama solet.
Sive favore tuli, sive hanc ego merito famam;
Jure tibi grates, candide lector, ago.

Ovidius inquit, 4. Trist. Eleg. 10. à v. 121.
Ita ergo sumpsi principium à fine (ut verbis Caramuelis in Præfation. Primi calami, sive de Metrametrica) ut librorum sint primi novissimi & novissimi primi; & pateat simul puer centum annorum. Ex studijs suis intelligitur puer. Proverb. 20. 11. Institui retrò diebus, immò annis (necdum ætatis viginti quatuor impleveram)

Prologus Galeatus,

Fastorum seriem & ordinem, tum apud Sa-
cros, cum apud Profanos, aliaque paleo-
philo vel digna vel placitura (studio tamen
mancipandi Sacris; ut ex occiso leone, mel
veræ, dulcis, cœlestisque sapientiæ fueret;
ac in obsequium veri Numinis cederet,
quod de tenebris facit splendescere lumen)
ne inciderem in M. Tullij Cicer. crism, in
Orator. dicentis: *Nescire, quid antequam
esses, acciderit; semper est, esse puerum.* La-
bor operaque in opus & votum celsit: igitur
decerpsi fructum ex floribus, & flores
ex truncis aridis. Lapidum itaque philosopha-
li applicita; duntaxat ex tactu, quæ vilia,
fuerunt pretiosa.

Horat. *Namque deserta, & inhospita resqua,
Amena vocat, mecum qui sentit.*

Uti accinit Horatius, 1. Epist. 14. à v. 19.
Hinc quia lecturo (non affectione, neque
affectatione delicatulo, non malaciæ super-
pericio, sed Antiquitatis studio) haud arbi-
tror injucundum; libenter ac volupè inter-
ram, quæ ex selectioribus AA. supremique
subsellij, ac humanioribus litteris eruditè
pollentibus, vigili diuturnaque curâ luxi
ac extraxi. Non enim omnia exponere cor-
di est, nec omnium sitim satiare, fontium
contentus indice; ut qui sitibundus, largè
scaturigine potatur voto. Brevi respectu
vasti argumenti, rem agam: cæterum AA.
signans, & profitendo per quos profecerim;
& ut fufius lector desiderata scrutetur ad lu-
bitum. Non hoc opus ingenij, est excitamen-
tis; sed laboris improbr, in laborantium
irrequietam quietem. Fastidit sæpe (fa-
teor, & non invitè) oneri succubuisse, ni
genius levassèt, relevaretque quod grave
curiositate argumenti. Subiecivis enim ho-
ris (tandem tandem leni levique passu vel
cursu) è ruderibus Antiquitatis moles qua-
tuor voluminum emixè perfeci, vel feci.
Tantæ molis erat molem condere sine mo-
lis gravamine. Dicam cum Persio, *Satyr. 5.*
v. 19.

Perf. *Non equidem hoc studeo, bullatis ut mihi
nugis*

Pagina turgescat; dare pondus idonea fumo.

3 Nonnulla congesteram ex Masculo,
Eliæ Reusnero, Genebrardo, Beyerlinck,
Plinio, Majolo, Rhodigino, Casaubono,
Isaaco Vossio, Grangæo, Rosino, Dempste-
ro, Dalecampio, Panvino, Bulengero, Ma-
crobio, Aul. Gellio, Stuck, Ravasio, Choul,
Chartario, Othon. Vænio, Kircherio, Ale-
xandro Caroloque Neapolit. & alijs Latinis
AA. sed & ex Græcis, Diodoro Siculo, Ha-
licarnasæo, Platone, Plutarcho, Suida, Stra-

bone, Athenæo, Herodoto, Thucydide, Cte-
sia, Pausania, alijsque viris eruditione cla-
ris. Eriam Iultravi, qui præfatos AA. illu-
strare; ut Ludov. Nonnium in *Goltzj
Græciam Asiam & Insulas*, Andr. Schottum
de *Festis Siculis*, Frideric. Sylburgium in
pausan. Eilard. Lubin. in *Antolog. Græcor.*
Joann. Izetz. Guiliel. Canter. Joann. Bro-
dæum, Marsil. Ficin. Meursium, in *Græcia
seriat. & popul. Artu.* & cum alijs Joan. Ba-
ptist. Gabiam. Ad Fastos Hebræor. faciem
ministrarunt Genebr. Ribera, Leonard.
Marius, Munster. Joann. Saubert. de *Sacri-
fic. & Sacerdot. Hebr.* Braunius, de *Vestit.
Sacerdot. Hebr.* Hadrian. Zeland. vel Relan-
dus, de *Antiquit. sacris veter. Hebr.* Thom.
Stanlejus in *Philosoph. Oriental.* & Joann.
Clericus vulg. Crec. in *Pneumatolog.* Carolus
Sigonius, Menochius, Petr. Cunæus, de
*eorum Republ. Marc. Lombard. de Hebr. ri-
tib.* Hospinian. de *Festis. Uvilem. Schic-
kard. Joseph Scaliger. Isagog. Chron. Alsted.
Encycloped. Gravius, de Fest. Antiq. Hebr.*
Bucelin. in *Nucleo. Micrelus, Syntagm. bi-
stor. Ecclesiast. Joseph. Antiq. & de Bell.*
Drusius, de *Trib. scitis Judæor.* Joann. Sel-
den. de *Synedrijs, & Dijs Syrie.* Buxtorfius,
Lexic. Talmudic. Marco Marinus in *Arca
Noe*, Bartoloc. *Bibl. Rabbin.* Seder-olam
major & minor sive *Zuia*, Eutyclus de *An-
tiq. PP. Chronic. Alexandrin.* cum notis
Raderi, Alvares. de Toletto, *Primit. Ec-
cles.* cum Bolduc, Moyses Ægyptius, Mai-
monides, seu Rambam, *Director. dubior.
& Halach.* Rabb. Abrah. *Cabal. historic. &
Fascicul. myrrh.* Abrah. Zacuth in *Jucasin,*
Eliæ Levita in *Tishi*, Joseph Gorionid. *Hi-
stor. Judæor.* ejusque compiler Josippus,
David de Pomis in *Germ. David.* Galat-
tin. de *Arcan. Sac. Script. Genebrard. cit.*
in *Chronolog. Philo Judæus, in Breviar. seu
de Temporib.* Alius Biblius, quia Bibli Phœ-
nicia natus, in *Antiq. Hebr.* pluresque alij
in quorum lectionem propensè ducebar;
quippequàm in meditarum opus novo lu-
mine copiosè ditabar.

4 Nec his quieveram, ampliorum avi-
dus in voti satietatem. Incidi fortè (alia
scrutando inter m. scripta, quæ curiosissi-
ma, bibliothecæ fato functi, DD. Lucæ Cor-
tesij, regij Senatoris, insignis Antiquarij, at-
que Palladis alumni) in volumen medio-
cris corporis, cujus titulus summè pompo-
sus, in mulcimen curiositatis vellicans sua-
vi pruritu apparatus. Habebat ergo in de-
cipulam lurcontum, in fronte: *Ascondita
mundi: Diarium sacrum per Raul. ex Rab-
bin.* Scrutatus, cognovi cujas & ex quibus
ciu-

& totius operis argumentum.

eruta, quæ illudusque mundo abscondita:
acuque terigi, Rabbiorum opus esse, tam
ex contextu, quàm ex arrogantia. Ne mire-
ris, ingenita illis scabies, ex cujus prurigi-
ne gestiunt in fastum, supposito stupore fa-
tuorum. Aben-Ezra in *Spheris* (de quibus
§. 4. à n. 3.) inscripsit librum: *Initum Sa-
pientia;* quem apud se esse, asserit Joseph
Scaliger in *Mantl.* plauditque *luculentissimum.*
Collimaret profectò; modò diceret, *delirij,
nenijs, vigili somnians nugas & gerris.* Rabb.
Benfalamas alium edidit, deauratum titulo:
Hortus mirabilium mundi. Rabb. Simon Jo-
caides alium hujusmodi pompa: *Invefiga-
tor secretorum.* Rabb. Azarias: *Oculorum lu-
men.* Rabb. Joseph Castulliensis, *Porta lucis.*
Eodem vento distentus Rabb. Kapol Ben-
Samuel, alium, cujus frons, sine auctoris
fronte: *Abstrusa abstrusorum, & omnia diffi-
lia.* Rabb. Nehumia ben-Haccana, *Secretor-
um epistola.* Adi Jacob. Gaffarel. de *Curiosi-
tatis. inaudit.* cap. 11. num. 1. & Athanas. Kir-
cher. in *Obelisco Pamphil.* lib. 4. *Hierogram-
matism.* 20. §. 1. & in *Oedip. Copto,* Tom. 1.
Syntagm. 3. cap. 3. etiam Tom. 2. p. 2. *class.* 8.
cap. 1. Cor illorum vanum est: titulus &
titulus, & totum titulus. Totum profe-
ctò vox, nihilque præterea. Cum succo
rerum & earum summitate (quæ olim di-
cebatur *Cerebrum Jovis, & Lac gallinaceum,*
apud Strab. 14. n. 11. Pliniumque in *Præfa-
tion. oper. Vernaculè: Pechugas de Angeles*)
haud valeant fumivenduli eminere Rabbi-
ni; vel erga nugas magnificent simbrias,
se, suos suaque plaudentes, gloriantur tin-
nitu crepitantium foliorum. *Dum loran-
tur, insanunt; aut cerè vaticinantur falsa.
Sapient.* 14. 18.

5 Ergo frons præfati voluminis *Ab-
scondita Mundi.* Bractea insignis, uti ratio-
cinia. *Abscondita:* & cui revelata sunt? In-
geniosum quidem, si Dijs placet! Plura
ficcine: præclarum utique cerebrum. O
rem regiam! *Abscondita mundi.* Jo. Cogitavi
gaudibundus tertium de coelo cecidisse Ca-
tonem, Auctoremque ac librum, illumi-
nantes abscondita tenebrarum. Pellexit Si-
ren, ac viscera vellicavit. Emi, pretij pœ-
nituit, arbitratus invenisse spolia multa.
Perferutatus sum: tædunt: percussus femur:
obvia carbonum congeries, quò Abscon-
dita Antiquitatis præcogitaveram opes. Al-
legat interdum *Talmud, Cabalum, Joma &
Hhagigab. Joma,* hoc est tractatum de *Die-
bus & dierum observatione.* Item *Hhagigab,* de
Festis & ritu illorum. De his libellis, quos
necdum vidi, & alijs hujus furfuris, men-
tionem facit Arias Montanus, in *Apparat.*

Biblior. titul. Thubal-cain, sive de Mensuris.
De *Cabala magna*, ibid. inquit: *Hunc librum
nos Venetijs repertum, perlegimus; non sine
magna utilitate, ad multorum in sacris libris lo-
corum explicationem.* Quid dicam, nescio;
cum ignorem de quo dicam. Si *Cabala
magna* est eadem, quam ex turba Rab-
binorum protulit in lucem præfatus Kir-
cher d. tota *Class.* 4. cum *portis Intelligen-
tia,* & mille alijs ineptijs, multiplici su-
perstitione; judicium expressi, Tom. 6.
Tautolog. 1. à n. 17. Ex illa namque, &
ejus voluntaria veteratrice inventione ac
artificio; efformari quit quodcumque pla-
cuerit vel displicuerit consulentis ridiculæ
aviditati. Videri nonnulla licet apud præ-
fatum Kircherum, loc. cit. Exemplum est in
characteribus initialibus indicantibus the-
saurum; per quos Æsopus Xanto innuit si-
bi sumere: & simul eidem elementis Regi
reddere. Adi Syxtum Senensem, lib. 3. *Bi-
bliotheca Sanct.* de *Elementaria exposic. & Ma-
xim.* Planud. in *Æsopi vit. Judæorum
Talmud* palam est, scaterere nugas, & blas-
phemijs. Anacephaleosim totius detestabi-
lis corporis refert idem Senensis, ibid. lib. 2.
Quapropter *Abscondita mundi* elicitæ arbi-
tror, à dissipatis cisternis, quæ continere
haud valuerunt, vel noluerunt Sacrarum
litterarum aquam; & ministrarunt turbidam
seu lutulentam, immò putridam pu-
tri corde, & malâ mente, ex Talmudistis &
Cabala peste (fatuorum sanitate) per Raul.
Ni fallor Raulinum, seu Reuchlinum: ve-
ro nomine *Capnionem*, qui Scholia apposuit
& commentaria extruxit in *Artem Cabalisticam.*
Nihil transeat, si judicium duntaxat
reliquiæ cogitationum. Penes lectores er-
go sit judicium.

6 Quis ille (si ille, quia Raul.
non novi) dicit Genebrardus, *Append. in Genebr.
Innocent. VIII.* apud Spondanum, *Ann. Quis Reu-
chlinus?* 1491. n. 12. Reuchlinus Capnion (inquit) *vir
magnus, nisi lingua Hebraicæ mysteria caba-
listicis nugamentis maculasset.* Elucet in li-
bro de *Verbo mirifico & in tribus, de
Cabala,* de quibus idem Genebr. *Ann.
Mund.* 3993. & *Christ.* 1492. A Joanne
Lapidano Theologo Parisiensi rudimenta linguæ
Hebraicæ Reuchlinus Capnion didicit. Reliqua
(subdit) à *Judeo, Abdia Ben-Jacob,* dum
legatione fungeretur apud Pontificem; ut ip-
se ait *Epist. in suum Lexicon.* Ut Marinus
& Colobasius cuncta suæ religionis mysteria
ex litteris Alphabeti Græci probare conati Idem.
sunt; Reuchlinum Capnionem tribus libris ha-
rum nugarum gustum mundo præbuisse sine re-
futatione: & Picum Mirandulanum patronum

Prologus Galeatus,

Carva-
jal.

carum constitisse, equidem minor. Carvajalus, insignis Minorita in *Erasmi Apologia*, ait: *Nu- li cedis, Erasme? nec Budae? Nec Pico? Non ce- dis Capioni?* Adi Claudium Minoen in *Ima- gin.Termini*. Ita magnus insignitur. An mag- nus, nescio: dubiae fidei, scio: etenim ejus scripta, sub larva Eleutheri Bizeni, titul. *Apologia Merrica*, igni tradita fiere à fidei Catholicae Quaestoribus; simulque volumi- na Talmudica illustrata ejusdem lucubra- tionibus, damnavit praefatus Innocentius VIII. de quo ipse quaesit, uti intimè pun- ctus, apud Caesarem Maximilianum. De- nudo cuncta proscripsit Paulus IV. *Ann. 1559*. Astruit sanè dubiam fidem necessitudo in- ter eum & Erasimum Roterodamum; & imago ejus erecta à Theodoro Beza, inter praecipuos Evangelij ludicros restauratotes. Consulesis Conradum Brunum, lib. 6. de *Heretic.* cap. 6. & Joann. Casalás, in *Candore lilij*, §. 98. Sebastian. Stadelius, in *Applaxit eruditor. programm.* Declamat. 1. in fit: *Joan- nes Reuchlinus, vulgò Capnio, inter Melanchibonis familiares praecipuus fuit.* Ita ergo, etsi Gala- tin. 1. de *Arcan. Cathol. veritatis*, cap. 6. di- cat: *Capnio quoque noster, in tribus libris quos de Arte Cabalistica ad Leonem hodiernum Ponti- ficem Maximum elegantissime inscripsit, plurima admodum praeterea produxit in lucem.* At publi- cè privati libri ejus de *Arte Cabalistica ab In- quisitoribus haeretica pravitatis.*

7 In haccine rerum farragine, stas- tis diebus praefiguntur historiae Biblicae. Ignorant doctiores annos, & Rauchli- nus dies etiam signare audeat? Quo ful- cro? Suspicio & non obliquè, aliquem sciolum ardelionem, *Abcondita Mundi* sub nomine Rauchlini confecisse, vel confin- xisse ut commenta & commentitia. Ap- ponit enim, quod Rauchlinus, uti pe- ritus non faceret, festa in die 31. Men- sis, quo caret apud Hebraeos, quorum Menses Lunares sunt. Cuncta vel in hi- storia redolent Rabbiorum somnia; nisi quae desumpta è Sacra pagina: immò in his etiam, tempus signatum est ad nutum, cum nullum in assertionem & ejus fidem afferat testimonium. Apponam tamen, ne mundo abscondantur *Abcondita Mundi*; mo- dò pranotetur, à Reuchlino, sive ab alio, sub ejus auctoritate relata. Perperam igitur cohaerent commentationes viri docti, & tot ineptia. Historia vera est: tempora ad lu- bitum revelata. Veritatem venerare, cæ- tera ride: equidem haut signo ut credas; sed ut audaciae in prolubia & ratiocinia, notitiam habeas. *Plura transfero (dicam ad- unguem ex Q. Curtio, in Alexand. histor.*

Q. Curtio

lib. 9. cap. 1.) *quam credo: nam ne affirmare sustineo, de quibus dubito; neque subducere qua- accepi.* Plura etiam ibi de Nationibus, cum quibus Hebraei per tempora & tempora conversati: Arabibus nimirum, Sabaeis, Sy- ris, Chaldaeis, Persis & Aegyptijs: verum cuncta strictim, quasi per indicem tactas: ita ut non solum jejunium fugiant lecto- rem, sed relinquunt impatientem: etenim ita transcursum rerum signatarum & cele- briorum memoria; ut sit illarum species, & nullo modo notitia. Horum tamen tantilla, hinc & hinc, huc & illuc decursu tem- poris, mea feci; & ferè totum è latebris in cognitionem elici, exposuique fusiùs, quod ibi signatum parcissimè & sine Auctore, nec auctoritate; ut aliquomodo, vel aliquantu- lum quiesceret curiositas; nec remitteretur ad Kalendas Graecas.

8 In Calendario Judaico, cujus supra meminimus sunt festa, tum à lege praescrip- ta, tum postea instituta: & à Judaeis dies jejuniorum vocantur Angariae; in quos dies aliquando transferebantur lectiones sacrae, quae usù legi debebant die Sabbati in Syna- gogis; de quibus diebus stas dicemus. A primis temporibus inter Hebraeos mos ac- ceptabilis inolevit; ut intra anni spatium tota lex legeretur publicè, sive annus esset embolismaus, sive non: nam si esset com- munitis, lectiones circa finem Deuterono- mij longiores erant: sin embolismaus, tunc pro numero Sabbatorum, in plures & bre- viores partiebantur, ea tamen conditione, ut in festo Tabernaculorum, integrè perle- ctà lege, rursus à Genesis libro esset exor- dium. Erant lectionum duo genera: lectio- nes ex lege dicebantur *Paraschia*, *Paraschioti*: ex Prophetis, *Haphtora*. Libri agiographi le- gebantur, sed non nisi voluntariè, juxta pri- vatorum devotionem. Sabbata erant 50. vel 51. sed propter annum embolismaum, vel secundum Adar, lectiones Hebraei signantur quinquaginta quatuor. Videbis Bernard. La- my in *Apparat. Biblic.* lib. 1. cap. 5.

9 In rebus gestis à Christo Servatore N. pressus sententijs AA. à relatione resili- re statim; quoniam accidit illis quod Aucto- ri Mundi absconditorum. Vera uti Evan- gelica, referunt; sed eo tempore quo volunt, sine ullius auctoritate de historiae tempore: quae quidem si staret, non ita divariarent, ut quod dulcius, expectanti esset acerbius. In tempore discrepant Alapide in *Chrono- taxi*, Catell. in *Devoto Peregr.* Alba, *Tu- bul.* 5. Calixt. Placentin. in *Supputat. tem- por.* Elias Reusner. in *Ephemer. Anton.* Gif- land. in *Opere aureo*, & Laurent. Beyerlinck.

in

& totius operis argumentum.

iq Theatr. Vit. hum. litt. D. Tanta est discor- dia fratrum. In assertionibus, dicam ex Ovid. 1. *Metamorph.* fabul. 1.

Ovid.

— Nulli sua forma manebat:

Obsabatque alijs alius.

Quapropter nobis placet in praesenti argu- mento, quod fecerunt Baronius, Adrichom. Mariana, Brietius, Tornicellus, Sahian. & alij sacri, referentes Christi gesta; quin ubi Evan- gelistae non indicant, quoniam illis ignotus, minime desunt diem. Sui quisque distri- buit modo gesta Christi, praet placet, ut novitatem ipso computu designet; & patet tunc voluntarium. Quae historiae relatori- bus de tempore fides habenda; cum diver- sis in diebus articuli proferantur? Quò eun- dum, vel quò non eundum? Haud ullibi di- cunt, unde illis testimonia in auctoritatem relatorum. Nobis fat erit illorum auctori- tas; sed magnoperè desiderantur, quae illo- rum concilient auctoritatem. Hinc accidit, ut quòd Christus in unico die fecit, aut do- cuit; dividatur inter plures dies, & sermo- nes, ut nulla dies sit sine linea; quod qui- dem fatuum, & à veritate alienum, ut con- stat ex ipsa historia Evangelica.

10 Diarium Laurentij Beyerlinck ferè in cunctis aberrat à vero: ibi assignat quod pri- mum occurrit, & die quo vult, adversante textu sacro, & interpretibus. Plura accumu- lat, & in pluribus errat. Opus sanè tumul- tuarium, quo non bene junctarum concor- dia semina rerum. Nec prudentius procedit in profana historia: in Romanorum factis & triumphis, ferijque Graecorum non solum praefigit voluntaria, sed pro sententia Aucto- res allegat, opposita referentes; quod indig- num tanto Auctore. Sape mecum (sed ex- cusationem cogitando) causam hujusmodi facilitatis scrutabar; maxime in dierum sup- putatione: at verò in rebus Romanorum nullam inveni: aliquantulum & aliquatenus in rebus Graecorum. Mensis apud hos, uti videbimus, §. seq. n. 6. (in discrimen aliarum Nationum, à novilunio calculantium, vel antiqua traditione ab ortu hujus vel illius stellae, asterismi, vel constellationis) incipie- bat ab introitu Solis in aliquod signum cœ- leste, constituite diem primum Mensis; durabatque usquequò aliud Luminare ma- jus percuteret signum. Unde qui nobis dies primus, Graecis erat decimus, aut undeci- mus; de quo clarius d. n. 4. Sic ergo sal- vari poterit supputatio Beyerlinck, ne sit error: qui profecto, ni insignia figat hu- jusmodi calculo. Hinc ibid. noto nomi- na Mensium apud varias Gentes, num. 7. & illorum initia; ut constet, quo mo-

do illorum dies nostris respondeant.

11 Novissimè in manus meas perve- nit duplex volumen, idem ferè argumen- tum nostrum continens tam in Sacris quam in Ethnicis. Ex titulo autumavi, me oleum & operam perdidisse; quoniam superva- cuum omnino, quasi novum, acta agere, & quae prorsum adscititia, sub hasta vende- re ut propria. Introspexi, sed irriti, nam bo- nus Auctor exiguae staturae, etiam ultra nidum extenderit alas ardelio, appingens delphi- num silvis ac fluctibus aprum. Hunc focci cepere pedem, non natum rebus agendis. Succubuit oneri, eò quòd moles, quasi to- menta sine pondere & arte. Chorda semper oberrat: igitur poscenti gravem sonum re- mittit acutum; quin propter inopiam re- rum, sint nugae canora. Dicit percitus in- sanabili cacothae rudi focco, quod par erat tragico proferre cothurno: at tragicè labat semper sermone pedestri. Scriptor umbra- ticus nubem pro Junone objicit, corvosque deludit hiantes. Totus praedantissimus est. *Hac ambitio* (ait Sebastian. Stadelius, de *Circum- foranea litterator. vanitate*) *quia inopiam judicij prodit, non potest non gignere facta ineptissima, & quae largam prebeant ridendi materiam. Pe- dante seipos priusquam alios decipiunt, vanè nescio cujus sapientia opinione turgidi.* Apposi- tè: Therites lorica non poscit Achillis. Cuncta sunt spolia Caligulae ex Oceano: conchilia & conchilia inania, vel in ipso mari insulsa. Quid, dum idioma nescit, in quo scribit? Equis jungit gryphes; & re- gerit dicta plenà paginà solœcismis & bar- barismis. Cum magni nominis umbra, fo- lia gravida ineptijs. Valeat ergo, dignus majori cachinno. Eodem modo elusus sum, fraudatusque à desiderio, videns quae promiserat Daniel Angelocrator (id est, Mi- nister Luteranus) in tuo opere *Chronologic.* tibi meminit Calendarij cœlestis, Hebraei, horum mensium, festivitatum & jeju- niorum; Calendar. Aegyptij, Arabici, Per- sici & Graeci. Pollicitis dives quilibet esse potest. Dicam ex Horatio de *Arte Poe- tic.* v. 138.

Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu? Horat. Nihil. Promissa vidimus, sed nihil amplius in argumentum videmus: cum in hujusmo- di studium, nostrum totum esset votum. *Non liberalis, sed levis animi est, polliceri quod prestari non potest.* Plutarch. in *Pompon. Attic.* Nescio an vitæ recessu vel alia de cau- sa promissa non solverit. Secus Neote- ricus, sicco pede intellexit alia ponere si- dera polo.

12 Diarium Graecum anonymum, ty-
pis